subiecti communionem invenitur. Atq; ideo cum integritas consideratur
veritatis; facilius q; quod in sensu aut peccatur aut minus est. aut emen
dat aut complet. fortasse aut id quod sensus non integre sed confuse atq;
vicinitate minus quasi quidam incallidus aestimator agnoscit. In singulis mini
ma habeat errata. collecta vero in unum multiplicantur in summa. atq; idcir
co maxima faciunt differentiam. Nam si duas voculas tonum sensus
distare arbitratur neque distent. Rursusq; ab una earum tonum dista
re putet tertiam. neq; sit integra aequatio in distantiam ·II·. Item tertiae
quartaeque tonum sensus differentiam putet. atq; in eadem quoq; esse neq;
sit differentiarum. ab hac etiam quartam quintam distare semitonium pu
tet. neq; vere atq; integre aestimet. in singulis fortasse minus videatur
errasse. Quod vero in primo tono sensus reliquit. atq; id quod in secundo &
tertio atq; in quarto semitonio peccatum est [illegible]
collectum efficit ut prima vox ad quintam vocem diapente non contineat
consonantiam, [illegible] oportebat fieri si tres tonos ac semitonium sensus
[illegible] in singulis [illegible] minus [illegible] id

[illegible] legemus. Datae enim lineae m[illegible]
[illegible] difficile sensu [illegible]
sit vel tanto maiore · tanto vel minore reperiat · id non facit sensus
prompta conceptio · sed sollers rationis inventio. Vel si rursus data linea
propositum sit. ut duplicare vel dimidiam secare, fortasse scilicet
paulo difficilius · quam confuse maiorem minoremve reperire · pote
rit tamen sensus inventione constare. Si vero imperetur ut propo
sitae lineae tripla ponatur · vel ab ea pars tertia secetur · vel qua
drupla constituatur · vel pars quarta resecetur · nonne impossibile sit
sensu · nisi integritas rationis accedat? hoc ideo quia per processus
quidem rationi nihil eius accrescit · deficit sensus. Si vero in octavam
partem propositae lineae auferre aliquis imperetur · ut eius dein
octuplam dare cogatur · totius quidem dimidiam sumere con
pellitur · dimidiaeque dimidietatem ut sit quarta quarteq;

License: cc-by-nc – Solothurn, Staatsarchiv, , Bifolium3_ra – Boethius, De institutione musica
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-n03m/1904/23216)